

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Invidia z
cum uariis

Nulla tam modesta felicitas est que malignitatis dentes uitare possit. Diuites enim sunt alienis iacturis, locupletes calamitatibus, immortales funeribus. Vnde quidam interrogatus quomodo inuidos non haberet, respondit: Si nichil, inquit, ex magnis rebus habueris, aut nichil feliciter gesseris. Nam sola miseria caret inuidia.

Valerius Maximus libro IIII.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

(nulla)